sunt a nobis provinciæ (dicimus Phrygiam Salutarem [1] & Phrygiam Pacatianam [2] & Pisidiam) de cingulo illo quod tam ipsis quam Lycaonis, & Lydis imposuimus olim, & nullam licentiam ex præsenti esse eis, qui eam habent administrationem, ita in eis fieri provinciis tanquam dignitates, habentes aliquod cum eis participium, aut transmittere aliquem de officio suo aut aliter eis competentibus, & comprehendere aliquos. Sed neque eis licentiam esse, eis, qui ex illis provinciis sunt, confugere ad unumquemque hanc habentem [dignitatem] & querelam insinuare adversus invicem, sive pro pecuniariis, sive pro criminalibus fuerit quod movetur, pœnam metuentibus *triginta librarum auri*, utpote nobis omnem transitum ad dictas nobis provincias excludentibus his, qui per tempus habuerint dignitatem, aut his omnino qui in eorum ordinem relati fuerint, ut neque præcepta in iliis provinciis aut contra eos qui in eis habitant, faciant, neque aliter sibi aliquid vindicabunt eorum quæ in his feruntur, sed contenti sint tam Lycaoniorum quam Lydorum [provincia] in ipsis jubentes solis, tanquam si in principio iistis duabus provinciis conclusissemus dignitatem eorum, nullum participium in Phrygiam utramque aut Pisidiam dantes ei. Omni enim ex hoc difficultate provincias liberamus, illas civilium judicum dignas in omnibus, tam pecuniariis quam criminalibus respicientium, scientibus his quod si quodlibet factum latrocinium aut invasionem in illis locis aut ablationem rerum persequantur, & ablatum vindicent, ex ipsis suis facultatibus ex hoc datum dispendium curare necessitatem habebunt, tam in cingulo constituti, quam etiam post depositum illud. Itaque si vel tentaverit post præsens tempus qui Lycaoniæ & Lydiæ militarem habet dignitatem, aut ipse ire ad prædictas nobis provincias, aut dirigere aliquos de suo officio, liniciam damus episcopis civitatum prohibere, eum aut eos qui ab eo destinati fuerunt irrire volentes & expellere de locis eos, utpote semel per præsentem sacram prohibitos legem, super quod & pœnam xxx. librarum auri impositam tam ei qui pro tempore habet cingulum, quam his qui ei obedire deputati sunt, sive tale aliquid jubeat, aut ipsi præsumpserint ministrare: & super hoc cinguli amissione periclitabunt & ipsius substantiæ.

EPILOGUS.

† Tua igitur gloria quæ per præsentem nobis divinam legem sancita sunt, cognoscens, faciet quidem decreta consequentia ipsis, edictis vero uterque & præceptis ad eos qui provincias moderantur, & civitatum episcopos, ut & hanc per civitates proponant legem, & omnibus manifesta faciant quæ per eam nobis placuerunt occupationem. [Datum 6. Id. Februar. *Constantinop.* DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno XV. post consulatum BASIL. V. C. CONS. Anno XII. [3]]

TIT. XXIX.

UT [4] LICEAT HEBRÆIS [5] SECUNDUM TRADITAM LEGEM SACRAS SCRIPTURAS LATINE VEL GRÆCE VEL ALIA [6] LINGUA [LEGERE] ET, UT DE LOCIS SUIS EXPELLANTUR NON [7] CREDENTES JUDICIUM VEL RESURRECTIONEM [8] AUT DICENTES ANGELOS [9] SUBSISTERE CREATURAM DEI.

NOVELLA CONSTIT. CXLVI.

Idem Augustus Arcobindo P. P.

PRÆFATIO.

NEcessarium quidem erat Hebræos sacros audientes libros non solis literis [10] adhærere, sed ad reconditas eis prophetias respicere, per quas magnum Deum & Salvatorem generis humani *Jesum Christum* annunciant. Sed etiam si insensatis semetipsos interpretationibus tradentes a recta usque nunc aberraverunt gloria [11], tamen certare ad invicem dicentes ipsos, non sustinuimus fine judicio eis relinquere tumultum. Per has enim ipsorum quæ nobis adductæ sunt [πανοικίων] [12] dicimus, quod quidem solam habentes Hebraicam vocem, & ipsa uti in sacrorum librorum lectione volunt, nec Græcam tradere dignantur, & multum dudum tempus pro hoc ad invicem commoventur. Nos igitur hujusmodi discentes meliores judicavimus esse [13] & Græcam vocem ad sacrorum librorum lectionem tradere volentes, & vocem omnem simpliciter, quam locus aptiorem & magis cognitam audientibus facit.

CAP. I.

SAncimus igitur licentiam esse volentibus Hebræis per Synagogas [14] suas in quocunque Hebræi omnino loco sunt per Græcam vocem sacros libros legere convenientibus, vel etiam patria [15] forte (Italica hac dicimus) lingua, vel etiam aliorum simpliciter, una scilicet cum locis etiam lingua commutata, & per ipsorum lectionem, per quam clara sunt quæ dicuntur convenientibus omnibus deinceps, & secundum hæc vivere & conversari, neque fiduciam esse his qui apud eos sunt expositoribus, solam Hebraicam tradentibus, malignari hanc quemadmodum voluerint, multorum ignorantia suam ipsorum abscondentes malam consuetudinem. Verumtamen hi qui per Græcam legunt, *Septuaginta* [16] utantur traditione, quæ omnibus certior est, & præ aliis melior judicata, præcipue propter quod circa interpretationem contigit, quia & per duos divisi, & per diversa interpretantes loca, tamen unam tradiderunt omnes compositionem. §. 1. Ad hæc vero quis non horum virorum & illud admiretur, quia multo antiquiores salutari apparitione magni Dei & Salvatoris nostri *Jesu Christi* constituti, tamen illam futuram, tanquam videntes, sacrorum librorum traditionem fecerunt, tanquam prophetiæ gratia circumfulgente eos? & hac quidem utuntur præcipue omnes. Sed, non tamen tanquam eis reliduas excludere fanciverimus interpretationes, licentiam damus & *Aquilæ* [17] uti, etsi alienæ [18] tribus ille, & non competentem in aliquibus sermonibus habeat cum Septuaginta interpretatione dissonantiam [19]. Eam vero quæ ab eis dicitur *secunda editio* [20], interdicimus omnimodo, utpote sacris non conjunctam libris, neque desuper traditam de prophetis, sed inventionem [21] constitutam virorum ex sola loquentium terra, & divinum in ipsis habentium nihil. Et ipsas ergo sacras voces legant, codices ipsos *respuentes* [22], sed non abscondentes quidem quæ per eos dicta sunt: exterioribus vero traditis sine scriptis vanæ vocis utentes, ad simpliciorum per ipsos excogitatis perditionem. Ut hac data a nobis licentia, neque damnis aliquibus subjiciantur omnino qui Græcam vocem & alias tradunt, neque ab alio quovis prohibeantur. Neque licentiam habebunt hi qui ab eis majores omnibus *Archiperecitæ* [23] aut presbyteri [24], forsitan, vel magistri appellantur, perinoeis [25] aliquibus aut anathematismis hoc prohibere, nisi velint propter hos castigari corporis pœnis, & insuper privationem facultatum nolentes sustinere, meliora vero & Deo amabiliora volentibus nobis & jubentibus.

CAP. II.

SI quidam vero apud eos [26] *atheos* vanæ novæ vocis eloquia inferre præsumpserint, aut *resurrectionem* [27] & *judicium* [28] negare, aut [29] *factiuram Dei, & creaturam angelos subsistere*: hos & expelli volumus loco omni & non relinqui vocem blasphemiæ, & ita a Dei simul lapsam notitia: præsumentes enim eos affari aliquid hujusmodi ultimis finidantur suppliciis, illato errore ex hoc Judæorum emendantes gentem.

CAP. III.

ORamus vero eos, aut per istam [30] aut per illam linguam sacros libros audientes, servare quidem interpretantium malignitatem, non solas vero considerare literas, sed rebus refici, & divinum veraciter intellectum excipere, ut & redoceri quod melius est, & quiescere aliquando errantes, & in hoc ipso quod est omnium [καιριώτατον] [31] peccantes, in Deum spem dicimus. Propterea enim omnem eis vocem aperimus ad sacrorum librorum lectionem, *ut omnes de cætero eorum accipientes scientiam doctiores ad melius fiant*, [32] confessa constituta parationem multo ad discretionem esse, & ad melioris intentionem sacris innutritum libris, & parum quod desit habentem ad emendationem, quam scientem quidem horum nihil, solo vero cultus inchoatum nomine, & tanquam anchora [33] retentum sacra, & doctrinam [33] piam, hæresis appellationem esse putantem.

1 Duplex Phrygia. 2 Metropolis Phrygiæ Pacatianæ Laodicea, vide subscriptionem epitolæ 1. *ad Tim.* quam Cujacius hic refert, recentiorem esse, ut Apostolicis temporibus posit tribui. 3 Id est, anno 549.
4 Abrogatur hæc constitutio, *Novella Leonis* 55. 5 Seu Judæis. Tertullian. 18. *Apologet. in fin.* Hebrai verro, qui nunc Judei *L.* 1. *C.* 9. adde constitutionem Leonis Iconomachi, quæ Judæos ad baptismum adigit. 6 Non tantum Hebraica, huc refer *c.* 1. *C.* 6. 3. J. 7 Id est, negantes. 8 Huc refer *c.* 2. J. 9 Vid. *c.* 2. J.
10 Quæ occidunt. 11 Δόξης, id est, sententia. 12 Interpellationum, πρωτοκύκλιον interpellatio.
13 Synagogæ Hebraïs permittit. 14 De quo Scripta dixi *Novell.* 7. *cap.* 1. *Novell.* 22. *cap.* 2. *Novell.* 30. *cap.* 5. *Nov.* 69. *Nov.* 140. 15 Translatio Biblicum facta a 70. interpretatio dicitur, cum 72. fuerint. Epiphanius *in libro de mensuris.* Tertull. 18. *Apologet.* eadem ratione, qua Centumviri appellabantur, qui tamen erant 105. ex singulis tribubus terni. Festus *in voce Centumviralia judicia.* 17 Dicendum est aliquid de Græcis versionibus. Prima quæ dicitur 72. interpretum, ut *S. hic.* composita fuit a viris 72. Ptolomæo Philadelpho Ægypti regi missis ab Hierosolymitanis. Joseph. 12. *Antiq.* Tertull. *cap.* 18. 19. *Apologet.* Epiphan. *lib. de mensuris.* Euseb. *S. de præparat.* 1. Philo *de vita Mosis & legibus divinis.* Compositæ, inquam, in Pharia insula, repositæque primum in Bibliotheca Bruchio: postremo in Serapio, idque longe ante Christum natum. vid. Epiphanium *libro de mensuris & ponderibus.* ubi inter cætera refert, septuaginta duos electos imitatione quadam Mosis, cui præceptum fuerat, ut assumeret septuaginta viros, & ascenderet in montem. Hanc interpretationem sequuta est interpretatio Aquilæ, de qua hic, facta sub Hadriano Imperatore. Epiphan. *dicto loco.* Tertia est Symmachi Samaritæ. Epiphan. *d. loco*, vel Ebionei. Euseb. 6. *cap.* 71. Quarta Theodotionis Ephesii Marcionitæ sub Commodo, Epiphan. *d. loco.* Quinta editio interpretem certum non habet: fuit tamen reperta anno septimo Antonini Caracallæ in Hiericho doliis occultata cum aliis libris Hebraicis & Græcis. Epiphan. *d. loco.* Sexta autorem etiam non habet, utque superior reperta fuit doliis inclusa, in Nicopoli ad Orientem sita, seu in Actiaco litore, sub Alexandro Severo. Epiph. *d. loco.* Has interpretationes adeptus Origenes curavit sic integra Biblia describi, ut Hebraico textui, literis Hebræis in una columna descripto, columnam adjungeret alteram Hebraicam quidem: sed tamen literis & characteribus Græcis descriptam, ut Græci, literis suis etiam & characteribus Græcis Hebraicum textum legere possent. Duabus istis columnis quatuor alias adjecit ex oppido, interpretationem foliicet Aquilæ, Septuaginta, Symmachi, Theodotionis, eamque editionem Hexapla vocavit: quibus vero addidit quintam & sextam Interpretationem anonymas *(de quibus superius diximus)* Octapla vocavit. vide Epiphan. *d. loco.* Sed ut eo revertar, unde lum digressus, Justinianus hic non probat quamlibet translationem Græcam, sed septuaginta tantum vel Aquilæ, quod maxime notandum, ut ad D. Hieronymus *in præfat. in lib. Job.* hæreticos Judaizantes vocet Aquilam, Symmachum & Theodotionem, his adde Eusebium 6. *c.* 16. ubi etiam de tetraplis. De Latinis versionibus illis dicemus loco. 18 Κὰν ἀλλόφυλος ἐκείνος, id est, cumetsi et'am diversæ nationis fuerit. 19 Aquila ex Græco Christianus factus, cum Aktronom æ curiosis & vetitionibus plus æquo deditus esset, ejectus ecclesia transiit ad Judæos, utque christianismi [illegible] ceret, cupit 70. interpretationem & testimonia de Christo in scripturis probata corrumpere. vid. Epiphan. *d. loco.* 20 Τοῦ λεγομένου δευτέρου. Vocabulo δευτέρου, non intelligit præditerum translationum aliquam, sed traditiones & observationes tantum Judaicas, quas Hebræi vocant *Mishne Thorah*, id est, legem secundariam in unum vel Corpus (ut nonnulli volunt) a Judæis post Christi adventum, partim ex Cabalisticis seu arcanis, partim ex allegoricis quibusdam interpretationibus compositam, quarum dont, Judæos deinceps ex superiori ἐνταχματε & aliis politæ natis opinionibus, *trimum Talmud*, seu *Hierosolymitanum* (sic appellatum ob Judæos doctores undique Hierosolymis in eum finem coactos) compositiffe anno Christi 300. Anno vero 70. post, *secundum Talmud* edidiffe coactis in Babylone Judæis: eoque nunc Talmud ut Cabalisticis somniis referto. vid. Postell. *c.* 3. *de orbis concordia n.* 12. 21 Εξεύρεσιν, id est, commentum. 22 Ἀναστόντας, sensus, si Judæis est animus, sacras scripturas legendi, sacros Codices evolvant, non eos, in quibus metæ cantum fabulæ continentur.
23 Ἀρχιφεκιτέται, vox est hybrida, Græca partim, partim Hebræa. Horum munus erat legere & interpretari illas legis seu prophetarum lectiones, quas Hebræi *Parsiots*, & *Peraïon* appellant & ad eas accommodare subdittinctiones tractatuum majorum Talmudicorum 60. tractatis majores fuere: quod titulí, hoc Peraïm. Igitur ἀρχιφεκιτέται, quasi particulari i, quibus ad unguem noti Talmudis Tituli. Id ita esse, Cornelius Bertramus sacræ linguæ apud nostros professor dignissimus, nec minus Jurisconsultus, quam Theologus amice commonuit. 24 Id est, seniores. 25 Περιπόλιοι τινὲς, id est, commentis quibusdam. 26 Apud eos κινοφωνίας ἀθέους &c. id est apud eos novas vocum novitates & impias. vid. 1. *Timoth.* 6. *vers.* 20. 27 Resurrectionem quidam hæretici negarunt, quam tamen ex gentilibus quidam agnovere, Plin. 7. *c.* 55. similis est, inquit, de allervandis corporibus hominum ac revivisendi proci, sive ductu naturæ, sive institutione Christianæ legi consentanea, quale illud dixeris: Quæsivi, viveretne ipse pater Paulus, & alii, quos nos extinctos arbitramur. Immo vero animos hominum esse sempiternos, sive Pherecydes Syrus primus dixit, sive logicis, in quibus de animorum immortalitate, extremo judicio, sive mundi per ignem & refurrectione diximus. 28 Hæresin negantem judicium ultimum esse futurum.
29 Η τὸν κτίσμα τῷ θεῷ ὡς κτίσματα τοὺς ἀγγέλους ὑπάρχειν Haloander ita vertit, affirmare, quod figmentum & creatura Dei per angelos subsistit: quasi diceret, Hæresin esse, si quis rerum illarum aspectabilium autores facias angelos, non Deum ipsum. Possumus etiam hæc sententia relata ad verbum πέφυκενος, colligere, quosdam ex Judæis eam opinionem habuisse, ut negarent Angelos a Deo creatos. 30 Græcam & Hebraïdiffima. Hanc nauta demittebant in magno periculo constituti, vid. Lucianum *in Jove Tragœdo*, & *Philopseudogeta.* Euripidem *in Helena*, & Aristidem *in Themistocle.*
33 Illud est vera de Deo scientia, aliud scita.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc præsentem piam legem declarata sunt, custodiet quidem tua gloria, & quod tibi obtemperat officium. Servabit & pro tempore, qui in eodem cingulo ordinabitur, & non permittet omnino Hebræos præter hæc facere, sed insistentes & prohibere omnino nitentes, corporalibus primum pœnis subjiciens exilium incolere compellet, auferens & bona, ut non simul ipsi contra Deum, sed & imperium audaciter insurgant. utetur autem & præceptionibus ad provinciarum præsides, præcipiens ipsis nostram legem, ut & ipsi hanc discentes, proponant per civitatem unamquamque: scientes, quod hæc observari utile erit his, qui nostram indignationem veriti fuerint. Dat. [1] 6. Id. Febr. *Constantinop.* DN. JUST. PP. Aug. Anno XXV. post BASIL. V. C. Consulatum Anno XII. [2].

TIT. XXX.

DE RELIQUIS [3] PUBLICIS NON EXIGENDIS [4], ET DE DISCUSSIONE DIVERSARUM ACTIONUM.

NOVELLA CONSTIT. CXLVII.

Idem Augustus Arcobindo P. P.

PRÆFATIO.

ET si expensam multam nunc supra quam aliquando reipublicæ esse oportet, tantam magnitudinis præbitionem benignitate accipienti Dei, & ad augmenti rationem superimpositos expugnanti barbaros, omnem tamen providemus viam, ut & expensarum non prohibita fiant, & nulla misericordiæ species circa subjectos nostros relinquatur. Quanta igitur singulis interpellantibus nobis & debita prætendentibus publica & inopiam redditionis, præparare remuneramus, & qualiter nullus misericordiam petens sine actu a nostra recessit facie, hoc dicere non nostrum est, his quæ pro his scripta sunt & ipsis qui remunerationes acceperunt, attestantibus nobis. Sed quia modicum & imperio indignum est de singulis interpellantibus proprias aliquorum muneraliones facere, aut etiam usque ad villas aut civitates solas aut in solas provincias nostram extendere misericordiam, & non magnum aliquid & commune de omnibus subjectis facere.

CAP. I.

PRopter hoc ad præsentes nostras venimus donationes, per quas *sancimus* dimittti omnibus nostris subjectis reliqua omnino debita a præterito circulo primæ indictionis & ejus, & in quam præcedentes nostras conclusimus donationes usque adhuc currentem septimam [1] indictionem & ipsam: ut sint viginti duo anni continui in nostros subjectos a nobis factæ largitatis, & nulla reliqua exigi ex illo relata tempore. Hæc vero dicimus non in his quæ in auro solum, sed etiam si argentum aut triticum, aut quædam alia species debita sit, & hoc quidem sive quod a subjectis debitum sit, sive ab Illyrica præfectura aut sacrorum nostrorum thesauroruin, sive pro fructibus [5], sive pro residuis titulis quomodocunque inferendis ab eis. In commune enim omnibus nostris subjectis hanc nostram largitatem concedimus, ut nemo pro [7] temporibus illis super eos reliquum inducat, qualemcunque faciens reliquorum exactionem, sive ab ipsis destinatus cinguliis, aut qualitercunque publicam personam sibi vindicans, sive aliqua inferens præcepta aut deputationes [8]: quoniam quidem & his qui hujusmodi quid acceperint, & tanto continue non exigere tempore, contra subjectos nostros auferimus exactionem. Insuper & contra ipsum publicum, qui enim debet continue tantum, vel negligens, vel sportulis magis & non principalibus factus, & neque ab eis neque a publico accipiens, non in tempore deinde memoratur deputationum, aut exinde exactionem inferre tentat. E contrario autem, eum qui hujusmodi aliquid facere se præsumpserit, tanquam nostris pestiferum repellimus donationibus, ut omnem de cætero repetitionis occasionem aut perinoeam [9] auferri, tam contra subjectos, quam contra publicum & majorem prævalere, & ex hoc πνευματικὸν nostris subjectis. Quoniam autem & his perfruentur donationibus, & quæ sacris nostris privatis aut divino nostro patrimonio competunt possessiones, & neque contra colonos neque contra locatores aut emphyteutas exactio fiscalium pro prædictis a nobis fiet temporibus, aut ab his qui publicum exigunt, aut palatinis ipsis manifestum est. Hæc vero dicimus de his quæ debentur adhuc, & apud nostros sunt subjectos. Si enim aliquid contigerit illis dare & hoc apud curiales forsan aut officiales aut hypodectas [10] aut delegatores, aut apud hos qui provinciarum sunt numerarii [11] remansit, hoc non comprehendimus neque partem facimus præsentis nostræ donationis, sed servabitur publico. Inutilissimo [12] constituto, ut quod a subjectis datum est, non fiscus accipiat, sed proprium aliorum lucrum fiat.

CAP. II.

HAc vero nostra largitate excludimus, & quæ cauta sunt forsitan, aut fidejussa publico a numerariis [13] aut arcariis [14] aut scriniariis [15], nihil enim neque his de æqua conferimus donatione, quia semel propria fecit, & pene habet hæc accipiens fiscus. De facra vero hac largitate excipimus tam militares, quam fœderaticas [16] discussiones: ipsæ enim non contingunt quidem nostros subjectos: justum vero exactionem contra illos inferunt, qui non competenter de publico accipiunt, quanquam si occasione militaris vel fœderaticæ expensæ contigerunt accipientes, tamen proprium hoc lucrum facientium: & multo magis hoc nostra excepimus donatione civilium pecuniarum inquisitiones, & insuper operam discussiones [17] tam quæ in arcam Pref. prætorio inferuntur, ut *tit. de susceptoris, & arcariis.* Alias, arcarii sunt servi dispensatores & œconomi. Ideo vetus interpres Epist. ad *Romanos* 16. *vers.* 23. recognoum vertit arcarium, quem alii civitatis procuratorem exponunt; alii, quæstorem arcarium civitatis. 15 Id est, canonicarius. 16 *Nov.* 148. *c.* 2. 17 Id est, fi quid civilibus commodis deputatur, nec erogatum fit. 18 Nihil est, quod Imperatores melius commendet gentibus quam clementia, vid. Vopiscum Gallicanum *in Caffio*: & Juliam. apud Ammianum 16. Hactenus incultus jura clementiam. adde Sidonium *libro de Clementia.* 19 Indictio prima, ut *tit. de* fexta & decima, vide *Nov.* 147. *c.* 2. de octava, vid. *Nov.* 149. *c.* 1. 20 Dat. 7. Kal. Maji *Const.* an. DN. Just. PP. August. Basil. V. C. Cons. id est, anno 541. & male ut J. 21 Id est, 544.
22 Contra legem.
23 *Nov.* 147. 24 An hæc constitutio fit Justini Curopalatæ, dicam J. 24 Id est, injuo. 25 Ie indictione prima, sexta, decima dixi *Nov.* 147. *c.* 2. 26 Rerum Pivararum. *Ital.* 27 Id est, fi quid commodis militiæ deputatum est, nec erogatum. 28 De quibus *Nov.* 147. *c.* 2. 29 Id est, subjectorum. 30 Ut *Nov.* 146. *c.* 1. *Nov.* 147.

que ad octavam indictionem habentes securitatem, ut in omnes revera præsens nostra distribuatur donatio.

EPILOGUS.

† Quæ igitur sancita sunt a nobis & per hanc nostram pragmaticam legem manifestata, tua gloria literis usa per hanc regiam urbem omnibus manifesta constituet. Dat. *Constantinop.* DN. N. JUSTIN. I PP. August. Anno XIX. [2] post consulatum BASIL. V. C. Anno IV.

TIT. XXXII.

UT [3] DEI AMANTISS. EPISCOPI CUM PROVINCIARUM INDIGENIS [4] ET INCOLIS, QUOS SIBI PRÆSIDES [5] ESSE VELINT, EOS SIBI A SACRATISSIMO PRINCIPE CONCEDI PETANT, IIQUE GRATIS PRÆSIDES FIANT: UT TAMEN QUI IN PRÆSIDEM PETITUR, IDONEE FISCO CAVEAT: SI VERO PRÆSIDEM PETERE DISTULERINT, UT TUM ADVERSUS EUM QUI IPSIS PRÆSES MISSUS FUERIT, QUODCUNQUE ETIAM OCCASIONE PUBLICORUM TRIBUTORUM FECERIT, QUERELAM INSTITUERE NEQUEANT.

NOVELLA CONSTIT. CXLIX.

PRÆFATIO.

DUm reipublicæ a Deo nobis datæ curam gerimus, simulque ut subditi nostri in omnibus justitiæ bono fruantur, operam damus, hoc unum nobis inde ab initio propositum, ut quicquid antea imperfectum, & confusum fuisset, id & corrigeremus & undique perfectum exhiberemus. Anxia itaque reputatione habita, quomodo & fiscus & subditi illæsi & indemnes permaneant, animadvertimus nos facile id consecutoros, si efficeremus ut provinciarum præsides, ubi magistratu gratis [6] suscepto, rite fisco cavissent, in omnibus recte ac legitime magistratu fungerentur: ita ut ab omni injustitia, quæstu, aliouquique turpitudine atque re vetita abstinerent.

CAP. I.

NE igitur peregrini [7] aliqui in provincias se ingerentes, illas injuria afficiant, nosque crebris adversus illos interpellationibus instituendis molestias sustineamus: hortamur cujusque provinciæ sanctissimos episcopos, eosque, qui ex indigenis & incolis primas tenent, ut per communem libellum supplicem de iis ad nostram potentiam referant, quos idoneos esse ad provinciæ suæ gubernationem existiment. His enim magistratus insignia gratis traditurl sumus: tamen ut publicum & fiscalem canonem se illaturos caveant, atque nihil contra leges se exactoros; neque cuiquam collatorum vim illaturos, illis datis sponsoribus promittant, se annonis contentos publicorum tributorum exactioni invigilaturos, iisque qui in sacris illationibus probi & prompti sint, mites simul & paterno affectu exhibituros, cum improbis vero atque refractariis acerbius in exactionibus acturos, neque inde quidquam lucri ablaturos. Oportebit vero etiam nihilominus illos, conjectis [8] in illos dirimere: tum & eos qui deliquerint, in jus rapere, & secundum legem pœnas illis infligere: denique in omnibus justitiam exhibere.

CAP. II.

AC sane non hisce solis hæc præcipimus, verum etiam cujusque magistratus assessoribus, aliisque quicunque magistratibus subserviunt. Nam si quis illorum aut in publicorum tributorum exactione negligenter se gesserit, aut collatores nostros damnis contumeliosive oblæctionibus involverit, simul bonis excidet, simul summo subjicietur supplicio. Etenim Deo auspice *hoc* unum *nobis studio est, ut provinciæ bonis legibus regantur, tutoque* [10] *habitentur, atque præsidum justitia fruantur: & vero publica tributa citra querelam inferantur. Impossibile enim est, ut sacris tributis non illatis, aliquid* [11] *respublica conservetur. Militares* [12] *nunque copiæ*, allignato sibi salario inde percepto, *hostibus resistant, collatores a barbarorum incursionibus & truculentia vindicant*: denique *agros atque civitates a latronum aliouque modo incompositam vitam sedantium, vi & irruptionibus, agendis exercitiis defendunt*: ex illis etiam reliquæ cohortes ea quæ ipsis attributa sunt, accipiunt: muri atque civitates indidem instaurantur; publicarum balnearum hinc calefactiones procedunt: postremo spectacula, aliaque omnia quæ ad delectationem subditorum inventa, ex iisdem curantur: ut quæ ab illis contribuuntur, partim in ipsos, partim propter ipsos insumantur & impendantur: nobis autem prorsus nihil inde præter istarum rerum curas habere contingit, non tamen eas mercede vacuas, quum magnus ille Deus & Servator noster Jesus Christus, magnitudine clementiæ suæ permultis propter hoc nos bonis remuneretur.

CAP. III.

HIs itaque omnibus provincialibus hominibus velut præconio a nobis denunciatis, & quanta nostra sit erga subditos benevolentia & liberalitas per hoc ostenso, magis propitium ac benignum Deum habituri sumus, qui tantopere ne quid [13] detrimenti subditi capiant curemus. Si vero hoc nostrum beneficium consecuti, in præsidum electione, opinione atque spe frustrentur, neminem [14] præter seipsos culpare poterunt. Neque etiam, si hos eligere, & ad nos referre distulerint, ullo amplius jure de iis qui hinc in provincias emittentur, si propter publicorum tributorum collectionem nihil non fecerint, quemoniam instituent: neque vero nos ut de his nos adeant, eosque deferant, dehinc sustinemus. Qui enim facultatem eligendi præsides a nobis ceperunt, ut illi gratis magistratibus suscepitis publica tributa inferrent, ipsique ab illis nulla injuria afficerentur, si hi in illorum electione negligenter versati fuerint, permittendum illis nullo modo erit ut de ipsis conquerantur, nosque illos delaturi adeant, atque molestiam exhibeant. Cæterum nullus omnino in persolvendis quæ ipsi incumbunt publicis tributis, ulla dilatione uti poterit, non [15] sacra domus, non sanctissima ecclesia, non pium pauperum receptaculum aut monasterium, non denique clarus aut obscurus quisquam. Neque vero eos qui rempublicam administrant: neque quos ἐκλογιστὰς [16] vocant, neque etiam alios, quibus publicarum contributionum cura incumbit, periculo, quod hinc existere possit, eximimus. Quæ enim in commune omnibus conducunt, illorum qui in fiscum improbi esse velint, injusto proposito anteferimus [17].

EPILOGUS.

† Ut autem quæ pulchre a nobis proponuntur, omnibus manifesta fiant: jubemus, ut tua excellentia hoc præsens sacrum edictum per felicem hanc urbem & in provinciis, conspicuis in quaque civitate locis proponat, quo neminem ratio, qua fisci subditorumque indemnitati consulatur, a nobis serenissime adinventa lateat. Dat. 15. Kalend. Febr. *Constantinop.* Imp. DN. JUSTIN. PP. August. Anno VIII. post Cons. ejusdem Anno III. [18].

TIT. XXXIII.

DE [19] EA, QUÆ RAPTORI SUO NUBIT.

NOVELLA CONSTIT. CL.

PRæsens constitutio confirmat pœnas in constitutione ipsam præcedente prædictas. Jubet enim, ne puella raptum passa, raptori suo nubat. Sin vero hoc fecerit: non succedit ei, cujuscunque tandem sectæ aut ætatis sit. Nam si ipsi conjuncta non fuerit: capiet omnia bona ejus. Si parens consenserit raptum passæ filiæ suæ, ut raptori suo copuletur, mittetur in exilium. Si mortuus est non præbito consensu, tunc raptoris bona confiscantur, videlicet cum nefariæ sint ejusmodi nuptiæ, si denuo raptori suo raptum passa puella copuletur.

TIT. XXXIV.

NE DECURIO AUT COHORTALIS [20] PERDUCATUR IN JUS, SISTATURVE JUDICIO [21] CITRA JUSSIONEM PRINCIPIS, QUÆ INSINUETUR PRÆFECTIS.

NOVELLA CONSTIT. CLI.

Imperator Justin. August. Areobindo prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

SUggestio nobis per epistolam gloriæ tuæ facta est, quæ dicit, non [22] ex usu esse, ut decuriones aut cohortales, cum publico privatove cum ipsis jure agendum est, ad diversa judicia, vel ad hanc almam perducantur urbem, vel in alias mittantur provincias. Præpenumero autem sacras nostras præberi jussiones, quæ id velint: petitisque ut sacra pragmatica forma prohiberetur, ne quis cohortalium aut decurionum judicii causa, vel ex alia in aliam provinciam ducereturl, vel ad hanc usque regiam pertrahereturl urbem. Si vero sacræ de hoc componantur formæ: ut hæc prius infinuentur [23] judicio excellentiæ tuæ, & decreta, uti æquum est, suscipiant.

CAP. I.

NOs igitur tametsi omnem productionem in jus exhibitionemque in judicio aversamur: si tamen necessitas incidat ut hujusmodi aliquid agatur, nulli nostrorum magistratuum, excepto throno tuo, concedimus, ut cohortalem aut decurionem ad hanc almam urbem judicii causa perduci faciat: nisi sacra aliqua interveniat jussio, quæ expressis verbis id præcipiat, quam ipsam convenit ut & excellentia tua perdiscat, neque citra decretum tuum ipse huc in jus perducatur, cum sta fieri id expediat publico: ne si ex iis locis ubi [24] publicas tractant pecunias, abstrahantur, hanc ansam arripiant nocumentum inferendi contra rempublicam.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram nostram pragmaticam declarantur formam, ea studeto excellentia tua effectui & fini tradere.

TIT. XXXV.

NE SACRÆ FORMÆ [25] QUÆ DE CAUSIS PROCEDUNT PUBLICIS [26], ALITER ROBUR ACCIPIANT, QUAM SI GLORIOSISS. PRÆTORIORUM PRÆFECTIS INSINUATÆ SINT, VEL FUERINT, ILLICQUE HABEANTUR RATÆ.

NOVELLA CONSTIT. CLII.

Imper. Justin. August. Joanni gloriossiss. prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

DAntes operam, ut divino cooperante auxilio, cum summa diligentia res Imperii, a Domino Deo nobis concrediti gubernentur: jubemus ne aliter forma de publicis confecta causis ad magnificentissl. ducem, aut etiam Augustalem, aut clarissimos provinciarum præsides valeat, nisi prius insinuata fuerit judicio excellentiæ tuæ: quæ vero insinuatæ non fuerint, nullam firmitatem habeant. Absurdum etenim fuerit, sacram formam pro publicis confectam causis,

1 Hæc verba indicant, hanc constitutionem esse Justiniani, non Justini Curopalatæ, 2 Id est, anno 545.

3 Cujacius notat, hanc Novellam esse Justini. 4 Indigenæ ad præsidis officium promovendi. 5 De præsidibus, *Index Regina.* 6 *Nov.* 8. 7 Peregrini remoti ab adipiscendo provinciarum aliarum præsidatu. Huc refer regiam apud Gallos constitutionem, qua vetantur peregrini ad beneficia & eorum possessionem admitti, nisi naturalitatis (ut loquuntur) literas a Rege prius impetraverint: id est, nisi jure civitatis Galliæ donati a Rege fuerint, *arg. l. fed. ff. accepto.* 32. *ff. de jure fisci.* vide Papo. 2. *Arrest.* 3. *arrêts* 14. 8 Judex secundum leges judicare debet. *Nov.* 24. c. 2. *Nov.* 82. c. 13. *ff. de off. jud.* 9 Vid. *l.* 13. *C. de judiciis.* 10 EXptio loci non tuti, de qua vide *Glossemisam paparatis 2. de jud. & re judicat.* Oldend. *l.* 17. *Treut. de exception.* adde *l.* 10. *ff. de vi.* 11 Fœnusæ, nervi reipublicæ. *Novel.* 8. c. 10. 12 Laus, necessitas atque utilitas rei militaris: maxime vero Tributum.

non prius infinuari throno excellentiæ tuæ, atque ita transmitti in provincias, finique contradi.

CAP. I.

SI quid igitur hucusque ad detrimentum [1] reipublicæ factum est, jubemus hoc irritum esse: sancientes, ut quævis de cætero sacræ formæ pragmaticæ sive ad Augustalem, sive ad ducem, sive ad reliquos provinciarum præsides conficiantur, occasione (ut dictum est) causarum publicarum, omnino infinuentur judicio excellentiæ tuæ, eoque pacto (uti dictum est) cum jussionibus excellentiæ tuæ mittantur in provinciam: ut quæ quidem sacræ formæ ad detrimentum reipublicæ factæ non sunt, hæ & suscipiantur, conjiciantur que in præceptiones, & ab excellentia tua mittantur in provincias, quatenus certo fini tradantur, quæ vero ad detrimentum reipublicæ per obreptionem [2] fiunt, has quidem sacras formas tua suscipiat excellentia: non tamen prius quæ inibi sunt repolita faciat, quam ad nos relationem ea de re pertulerit: quo magis si quid (ut potest fieri) ad detrimentum factum est reipublicæ, id corrigamus. Quæcunque enim sacra pragmatica forma publicarum causarum nomine facta throno excellentiæ tuæ infinuata non fuerit, hanc nullo valere tempore volumus.

TIT. XXXVI.

DE INFANTIBUS EXPOSITIS [3].

NOVELLA CONSTIT. CLIII.

Imperator Justinianus Augustus Mennæ gloriossimo præfecto prætoriorum Illyrici.

PRÆFATIO.

CRimen a sensu humano alienum, & quod ne ab ullis quidem barbaris admitti credibile est, Dei amantissimus Thessalonicensis ecclesiæ apocrisiarius [4] Andreas ad nos retulit, quod quidam vix ex utero progressos infantes abjiciant, inque sanctis eos relinquant ecclesiis: & postquam educationem atque alimoniam ab hominibus pietatis studia exercentibus promeruerint, hos vindicent, & servos [5] suos esse pronuncient, mittetur in exilium. Si mortuus est non præbito consensu, tunc raptoris bona confiscantur, videlicet cum nefariæ sint ejusmodi nuptiæ, si denuo raptori suo raptum passa puella copuletur.

TIT. XXXIV.

NE DECURIO AUT COHORTALIS [20] PERDUCATUR IN JUS, SISTATURVE JUDICIO [21] CITRA JUSSIONEM PRINCIPIS, QUÆ INSINUETUR PRÆFECTIS.

NOVELLA CONSTIT. CLI.

Imperator Justin. August. Areobindo prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

SUggestio nobis per epistolam gloriæ tuæ facta est, quæ dicit, non [22] ex usu esse, ut decuriones aut cohortales, cum publico privatove cum ipsis jure agendum est, ad diversa judicia, vel ad hanc almam perducantur urbem, vel in alias mittantur provincias. Præpenumero autem sacras nostras præberi jussiones, quæ id velint: petitisque ut sacra pragmatica forma prohiberetur, ne quis cohortalium aut decurionum judicii causa, vel ex alia in aliam provinciam ducereturl, vel ad hanc usque regiam pertrahereturl urbem. Si vero sacræ de hoc componantur formæ: ut hæc prius infinuentur [23] judicio excellentiæ tuæ, & decreta, uti æquum est, suscipiant.

CAP. I.

NOs igitur tametsi omnem productionem in jus exhibitionemque in judicio aversamur: si tamen necessitas incidat ut hujusmodi aliquid agatur, nulli nostrorum magistratuum, excepto throno tuo, concedimus, ut cohortalem aut decurionem ad hanc almam urbem judicii causa perduci faciat: nisi sacra aliqua interveniat jussio, quæ expressis verbis id præcipiat, quam ipsam convenit ut & excellentia tua perdiscat, neque citra decretum tuum ipse huc in jus perducatur, cum sta fieri id expediat publico: ne si ex iis locis ubi [24] publicas tractant pecunias, abstrahantur, hanc ansam arripiant nocumentum inferendi contra rempublicam.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram nostram pragmaticam declarantur formam, ea studeto excellentia tua effectui & fini tradere.

TIT. XXXVII.

DE HIS QUI IN OSDROENA ILLICITAS [13] CONTRAHUNT NUPTIAS.

NOVELLA CONSTIT. CLIV.

Imperator Just. August. Floro comiti sacrarum rerum privatarum.

PRÆFATIO.

PRæter opinionem incertus ad nos rumor pervenit: quod hi, qui Mesopotamiam & Osdroenam provincias incolunt, illicitis se jungere ausint nuptiis: & Romanas leges, neque non interminatas in iis pœnas veteres simul & novas transgrediantur, in illicitas ac prohibitas incidentes nuptias, dum vicinis [14] & adjacentibus [15] populis morem gerunt. Cæterum nos nihil quicquam horum credidimus, neque enim arbitramur homines esse, qui quidem, cum portio fint nostræ reipublicæ, tale quid facere audeant, quo facto & progenies fuam dehonestent, & confundant [16] nomina.

UNde & pervestigare ea volumus, & si omnino hujus generis aliquid factum sit, extremum delinquentibus inferre supplicium. Sed quia & longum tempus est, neque credimus hujusmodi aliquid delicti admissum esse, ut maxime hujusmodi quid contigerit, tamen quod præterit, quocunque se modo habeat, his qui Osdroenam & Mesopotamiam provincias incolunt, propter diversas hostium irruptiones, quæ quotidie in ipsis fiunt, indulgemus [17], maxime vero quia agrestis [18] ut plurimum multitudo hæc fertur delinquere: finimusque ea manere sub præsente forma, haud scrupulosius nimisque anxie hæc inquirentes, quæ usque ad novellam sacram de hoc nostram (ut potuit fieri) constitutionem perperam admissa fuerunt: sed omnem hujusmodi de hoc inquisitionem contra personas, & res ad earum provinciarum incolas pertinentes prohiberi sancientes. Post [19] nostram vero legem quæ nuper [20] de hoc fuit proposita, si quis præsumpserit tale quid facere: volumus, ut is extremis subdatur pœnis, sciturus, quod non intra pecuniarias pœnas resistemus, sed tam ipsum, quam uxorem, & liberos ex illicitis procreatos nuptiis post nostram constitutionem digna animadversione persequemur, & periculum [21] capitis simul atque bonorum ademptionem irrogabimus: nulli parcentes, sive majoris, sive minoris status, aut conditionis, aut (quod multo etiam difficilius est) sacerdotii sit, sed omnibus plectendis solennem & Romanis legibus decentem ordinem conservabimus, non tantummodo partem bonorum ablaturi, sed & cum toto patrimonio partem corporis: & si importunius illicitas contractas nuptias deprehenderimus, ne ipsam etiam vitam quoquam salvare queunte: ut per omnia pœnæ consectaneæ sint delictis. Oportet enim recta pariter ac convenientia sapere, & alios ad earundem rerum æmulationem excitare: non vero ipsos perpetrare legibus contraria, & ex mutua [22] vitiorum imitatione refugium quærere. Hæc igitur conservari in prædictis provinciis volumus: tam civilibus, quam militaribus magistratibus ipsum custodientibus, & ut pœnæ delinquentibus imponantur procurantibus. Atque hoc mandatu tuo volumus ibi locorum programmatis per proprios magistratus manifestum fieri: nisi & ipsi extremis subdi velint suppliciis, simul & magistratuum ac bonorum amissionibus, si quid horum per negligentiam omiserint.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram pragmaticam declarantur formam, ea studeto gloria tua effectui & fini tradere.

TIT. XXXVIII.

UT [23] MATRES ETIAM TUTELÆ RATIONIBUS OBNOXIÆ [24] SINT.

NOVELLA CONSTIT. CLV.

Imperator Justin. August. Belisario.

PRÆFATIO.

PORrexit potentiæ nostræ supplicationem Martha clarissima fœmina, qua continebatur, quod magnificæ memoriæ Sergius, qui pater ejus fuit, cum obiisset mortem, tenera admodum ætate ipsam reliquerit: quodque clarissima mater ejus Auxentia, testatione apud actorum monumenta deposita, non [25] se ad secundas perventurum nuptias, tutelam ejus subierit: & legibus nostris de hoc definito jurejurando [26] præstito, res administraverit. His ita ab ea gestis, quasi neque jusjurandum ab ipsa præstitum, & despicabile patrimonium relictum esset: paucula [27] quædam in inventario ab ea confecto designasse, postea etiam secundas elegisse nuptias, cum [28] tutorem ipsi nominasset Petrum. Item e secundo matrimonio duos habuisse filios, & cum recte erga ipsam [29] affecta non esset: institutum quidem ab ea tutorem administratione destitisse, cum ipsa vix decimum tertium apprehendisset annum: petisseque, *ut secundæ ætatis curatorem quæreret*, mox etiam persuasisse, ut pro se acceptilationes conscriberet, & omni actioni, quæ secundum leges ipsi posset competere, per causam tutelarium rationum, in hujusmodi acceptilationibus renunciaret: cum in cubiculo per id tempus esset, neque quicquam sciret eorum quæ gererentur. Neque enim [30] possibile fuit, ut ea, quæ apud illam educaretur, neque in ullo contradicere posset his quæ adversus ipsam gererentur, ut maxime inferri sibi detrimentum sensisset: aliquid ageret eorum, quæ prohibere potuissent ad ipsius attentata jacturam. Postquam vero tempus effecerit, ut quæ adversus ipsam agitata essent consilia, persentiscereet: se quidem apud matrem ulam exhortationibus, ne his, quæ in fraudem suam gesta essent, perperam uteretur: sed uti matrem deceret, se ostenderet: & quas primum res in bonis habuisse noscereetur, sibi restituereet. Ipsam vero cum se totam filiis ex secundo matrimonio procreatis exposuisset [31], neutiquam istiusmodi rationes edidisse, quin e contrario sacram nostram prætendisse sanctionem, qua continetur non posse restitutionis contra [32] ipsam jura in usum assumi: tametsi [33] ea nihil ejus generis de matribus, quæ filiorum tutelam suscepissent, & secundas exosculatæ essent nuptias, sanciret. Atque ea de causa supplicationem nobis porrexit: quo magis & mentem sacræ constitutionis redderemus manifestam, & extra controversiam positam: neque si perperam in ea contentis uteretur Auxentia mater ejus, res a patre relictas in lucrum proprium converteret.

1 Reipublicæ ad detrimentum quæ fiunt, inutilia sunt, nec tenent. 2 Obreptia rescripta nullius momenti, vid. *l.* 29. *ff. ad l. Corn. de falsis.* Augustinus *in Johannem*: Juris est forensis, ut qui in precibus mentitus fuerit, non illi prosit, quod imperavit.

3 Vid. 8. *C.* 52. *περὶ τῶν χαμαιγερῶν βρεφῶν. Scring. Extravag.* 11. adde quæ notavi ad *l.* 2. *C. de patribus, qui filios distraxerunt.* & 1. Harmenop. *ult.* Goth. Vid. Rittershus. *part.* 12. *cap.* 14. Anf. 4 Apocrisiarii, pro varietate personarum, cui adjundi sunt, quasi legati ecclesiarum, episcoporum, monasteriorum, judicum, vide quæ scripsi ad *Nov.* 123. *cap.* 25. 5 Expositum & ab alio educatum dominus in servitutem vindicare non potest, adde *l.* 2. *C. de infantib. expositis. l. un.* §. 3. *Cod. de Latina libertate.* 6 Homicidii species, infantem exponere. Negat enim alimenta, qui exponit: qui negat alimenta, necare intelligitur, *l.* 4. *ff. de agnoscend. lib.* 7 Turpitudinem suam allegans, id est, postulans lucrum ex sua turpitudine & impunentia nemo audiendus est. *l. transactione.* 30. *l. cum te.* 5. *C. de transact. l. si creditoris.* 6. *C. de serv. pignori dato manumisso. cap. inter dilectos. extr. de donat.* 8 Infantes expositi, ipsa expositione liberi fiunt & liberi censentur. 9 Argumentum sumptum a domino servum exponente ad patrem infantem filium exponentem observa. Aliud in eo, qui servum capitali forte judicio exposuit. *l.* 13. *ff. de statu hom.* 10 Vid. *l.* 2. *ff. qui sine manumiss.* adde *l.* 4. 5. 6. *C. de lon. liber. l. un.* §. 3. *Cod. de Latina libert. tollend.* 11 Adde *l.* 8. *ff. pro derelicto.* 12 Infantem qui exponit, magis peccat, quam qui grandem jam natu exponit.

13 Huc refer *Novell.* 139. de indulgentia illicite contradarum nuptiarum. *Goth.* Adde *Nov.* 12. & *Nov.* 82. *c. ult.* Rittershus. *part.* 4. *cap.* 2. Anf. 14 Puta Persis. 15 Et mala vicini pecoris contagia laedunt, Virgilius *Eloga* 1. 16 *Novell.* 12. 17 Principes justa nonunquam de causa, indulgere possunt illicitas nuptias, adde *leg.* 57. *ff. de ritis nupt.* 18 Rusticis magis parcitur, quam aliis, in iis, quæ fiunt ignorantia juris. adde *Nov.* 144. c. 2. 19 Lex quoties in præteritum aliquid indulget, in futurum vetat. *l.* 22. *ff. de legib. Nov.* 129. c. 4. 20 *Novell.* 139. 21 Pœna incestarum nuptiarum alia fuit olim. *l.* 6. *C. de incestis.* 22 Exempla delictum non excusant.

23 Ne matres tutelæ rationibus obnoxiæ sint. *Index Regina.* Goth. Vide in hanc *Novell.* Rittershus. *part.* 8. c. 7. Anf. 24 Maxime si nubant. *Novell.* 22. 25 *Novell.* 118. *cap.* 5. 26 *Nov.* 22. c. 40. *l.* 2. *C. quando omni. iust. eff.* ita investigarium illegitimum fuit. 28 Mater ob secundas nuptias privatur tutela liberorum, potest tamen eis tutorem nominare: quod ut fiat, vid *c. 1. infr.* 29 *Nov.* 6. *de quæ jur.* 30 Justum matri non contradicendi metum habet filia minor annis, quæ matris in domo versatur. 31 Contra voluntatem legum 32 Lex, cum negat, liberos adversus parentes restitui, non prodest illis parentibus, qui ad secundas nuptias convolarunt. *c. 1. infr.*